

les Josaphat, quod Deus in eis judicia sua exercuerit. Nempe in-  
 quit, erat vallis Josaphat propè Hierosolymam ad montem olive ti.  
 Erat etiam illa vallis Josaphat, de qua 2. Paral. XX. quæ erat à Jeru-  
 salem remotior, siquidem filii Judæ egressi sunt per desertum The-  
 coæ ad dimicandum contra hostes 2. Paral. XX. Thecoa autem ab  
 Hierosolymis distat leucis tribus, & ibi ceciderunt in summitate tor-  
 rentis, qui erat contra solitudinem Jeruel v. 16. g) Ad hoc verò re-  
 gerunt alii: vallem Josaphat probabiliter ad orientem Meridio-  
 nalem fuisse inter Hierosolymam & Thecoam in longum extensam,  
 ita, ut quancumq; ille locus, quo hostes Josaphati perierunt, remotior fue-  
 rit, una tamè illius pars propè ad radices montes oliveti accesserit. h)

§. IV. Insulsissimè autem Tostatus Abulensis in cap. 22. Matth. q. 233. opi-  
 natur, non tantum locum judicii extremi, sed etiam ipsius resurre-  
 ctionis fore vallem Josaphat. Omnes enim omnium hominum ci-  
 neres ab Angelis in vallem Josaphat deducendos, atque ita in eadem  
 valle omnes homines resurrecturos esse. Enimverò uti pro loco ju-  
 dicii, ita & pro loco resurrectionis nihil quicquam ex his verbis col-  
 ligitur. Imò si in vallem illam congregandæ omnes gentes sunt,  
 utique in ea non resurgent.

SECTIO QUARTA.

**A**busus igitur hujus Dicti in Loco de extremo Judicio est. Tractari potest  
 Domin. XXVI. Trin. præsertim si interpretationem Gerhardi se-  
 quamur. Consideretur Judicium super omnes gentes instituendum.  
 Et quidem I. Quis futurus sit Judex? II. Quinam judicandi? III.  
 Judicii modus (Sect. II. §. 2.) IV. Judicii locus, vallis n. Josaphat,  
 quæ tamen hoc loco non propriè, sed appellativè est accipienda.

DICTIONUM CCCL

† *Jona III. vers. 5.*

וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים אֲנֹכִי נִינְוֵה בְּאַלְהֵי־וַיִּקְרָאוּ צֹם וַיִּלְבְּשׁוּ שָׂקִים  
 מִגְדָּלָם וְעַד קַטְסָם :

SECTIO PRIMA.

*Collatio Versionum.*

Ttt ttt t

LXX.

g) Gerh. l. o. §. 75. h) Livelej. i) Prückn.